

Esto modus lachrymis, vivit qui mortuus audit,
Nec SELMNIZIADEM condere busta sciunt.
Vivit: Nam verâ sibi qui virtute paravit
Vitam, non justè dicitur ille mori.

Conradus Victor Schneider,
D. & Prof. P.

Usq; adè in puncto, quod non speratur in horâ,
Accidit, & totâ perstat in orbe nihil!
Exemplo poterit Juvenis SELMNIZIUS esse,
Qui fuit heu! nostræ portio cara scholæ.
Nam cui vernabat jucundi temporis ætas,
Obruit hunc mortis precipitata dies.
Ite ergò, atq; annis, Juvenes, confidite vestris,
Quando vel iste dies ultimus esse potest!

f.

Johannes Strauch /
D. & Prof. Publ.

Incluta Nobilitas si posset vertere mortem
Si VIRTUS posset nostris rarissima sæclis
Aut vis ingenii, pollens doctrinaq; vererum:
Non sic præproperâ subreptus morte jaceret
SELMNIZIUS Noster, Lux clara & splendor Avorum.
Sed nihil ista valent! Superest deflenda juvenus
Annorum iste vigor, qui sic emarcuit omnis,
Contra spem Patriæ & communem Vota Bonorum!
Huc ades, ô quisquis mundum quasi pace rogata
Induis: esto pius! saltem dum videris isthæc
In viridi fieri ligno. DEUS Optime TERRAM
Quæso LEVEM Nostro! Sed Nobis prospera fatâ
Qui sequimur faciles, quò jusseris ordine cunctos.

Caspar Lyser, D.

Prob triste fatum! prob nigra funera
Et dura mortis nuntia præcoci,
Quæ misit iracundus æther!
Prob tumulos, lacrymasq; largas!

B

Larr